



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

14. Septembris. 18. Cal. Octob.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



14. Septembris. 18. Cal. Octob.

Passus **B.** CORNELI Abbas in Hybernia, qui
anno ab hostibus orthodoxæ fidei in cru-
 1585. cem actus, ac dein spirantibus adhuc
 membris in quatuor partes distractus,
 Laureatum ad superos spiritum trans-
 misisti. *Exora mihi à Christo, Martyrum*
duce & præmio, perseverantiam; nam &
illi promissa est gloriæ corona.

Obijt **B. PETRE** Abbas Morimundensis:
anno qui studijs liberalibus Lutetiæ puer in-
 1199. cumbens, cum omnium sanis ob inge-
 nii tarditatem peteris, ob eamque
 causam gravi tristitia marceres, obvi-
 um habuisti sub viri forma stygium
Adæ- præstigiatores, artium omnium pe-
mone ritiam tibi pollicentem, si ipsius te cli-
decipi- entelæ addiceres. Sed displicuit tanti
ur: emere poenitentiam scientiam: ille ta-
 men etiam sine pacto gemmam dona-
 vit, quam cum manu gestabas, tanta
 pollebas eloquentia, ut doctissimum
 quemque longè superares. Plautum
Gravi- homines sed non superi dedere: subitò
ter a- enim morbo correptus, jussu vocati
grotat. Sacerdotis gemmam ac dein, ut cir-
 cumstantibus videbatur, animam ab-
 jecisti. Jamque circa feretrum ritus
 mortuales agebantur, cum tu repente
 amoto

amoto tumbæ operculo caput erigens,
 non sine cantantis turbæ terrore & fu- *Redit*
 gâ, vivere te ostendisti; narrâstique *ad vitã*
 stupentibus: raptum te ad Divinum *& mi-*
 Tribunal, ac traditum tortoribus; qui *ra nar-*
 ade òin te sævierint, ut pæna illa om- *rat.*
 nium, quæ sub sole sunt, tormento-
 rum acerbiteriam excedat: & in his cru-
 ciatibus in omnem retrò æternitatem
 detinendum fuisse, nisi persona quæ-
 dam, plena majestatis, te ex licitorum
 unguibus ereptum, communi viventi-
 um societati restituisset. Quàm altè
 inhæserit animo tuo hæc tragoedia, *vitam*
 potuit ex reliqua vitæ methodo cog- *ducit*
 nosci. Illicò enim ad Morimundense *rigidif-*
 asceterium properans, tam inclementi *simam.*
 austeritate corpus tuum tractabas, ut
 ad tot afflictiones sustinendas te ro-
 bur non aliunde, quàm è cœlo prodigiosè
 accersere, nemo dubitaverit. Consonabat
 morum severitas; dum curiosi actionum
 tuarum exploratores, ne verbulum ullum
 joco vicinum, non frontem vel ridenti
 similem, oculos verò vix unquam à lacrymarum
 imbribus siccos deprehenderint. Abbatialem
 sedem ascendere coactus, non ultra
 triennium præesse acquievisti, ne
 publica negotia severioribus studijs
 impedimento essent. Verùm duobus
 successio-

successoribus celeri fato raptis, ad paternas denuo curas vocatus, quatuordecimannis clayum tam strenuè tenuisti, ut propagato per Filias insignes S. Ordine, compositis per loca etiam longè dissita controversiis, domi forisque inclytus; clara, si quisquam alius, sanctimonix famâ ex Morimundo tuo, ad vitam immortalem discesseris. *Quam imbelles sumus milites! cælum, quod sola vi rapiendum esse, quovis die audimus, & te cum innumeris fecisse, laudamus, ingredi speramus, per stratum mollibus rosis iter. Exilium, non patriam petit, qui spinas in via horret.*

S. BERNARDUS, s. 3. de Nat. Dom.

Christi *Merito carnalis prudentia inimica est*
 exem- *Deo, & seculi quoque prudentia stul-*
 plo præ *titia nominatur. Quid enim? Chri-*
 molli- *stus utique, qui non fallitur, elegit,*
 bus a- *quod carni molestius est. Id ergo me-*
 manda *lius, id utilius, id potiùs eligendum:*
 aspera. *Et quisquis aliud docet vel suadet, ab*
eo tanquam à seductore cavendum.



Floruit 15. Septembris. 17. Cal. Octob.
 anno B. STEPHANE Grandis Sylvæ Con-
 1201. versæ; qui felici confratrum aliquot
 in pa-